



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Dissertationes Juridico-Theologicæ De Jure, & Justitia

Karchne, Simon

Augustæ Vindelicorum ; [Graz], 1714

§. I. Qualis positiva, aut negativa cooperatio necessaria? ut obligat ad restitutionem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40013

Participantis nomine hic venit primo is, qui participat aliquid de furto, aut consumit, quin fuerit ejus causa. Secundo is, qui est particeps actionis causativæ damni, quod dupliciter potest fieri. Primo Physicè per injustam actionem immediatam, ut si excipitur furtum, aut aliud damnum. Secundo Physicè per actionem injustam mediatam videlicet furi scienter præbendo auxilium remote conducens ad damnum, ut furi scalas apponendo, aut tenendo, aut dando illi instrumenta E.g. claves universales, aut defendendo furem, aut furtum distrahendo. Tertio participando moraliter in actione injusta, ut explorando, aut excubando, ut furem moneat.

Per *mutuum* venit hic ille solum, qui tacet, ex officio obligatus impedire

damnum reprehendendo, vel clamando, vel consulendo: *Non obstans* dicitur, qui negligit ferre subsidium ex Justitia debitum damnificato, ut si hunc, aut ejus res non custodit, aut non defendit, aut damnificatorem non repellit.

Non Manifestans est, qui non Manifestat obligatus ex officio prodere, dum posset præcaveri damnum, ne inferatur, vel ut refartiat revelando furtum, aut furem. Ex his Colligitur sex primos cooperandi modos continere causas positive, reliquos tres causas negative, seu omissive influentes in violationem Justitiæ commutativæ. Omnium causarum cooperatio influxus restituendi obligatio inde nata est examinanda.



§. I.

Qualis positiva aut negativa cooperatio necessaria, ut obliget ad restitutionem.

329. **D**ico primo nullus positivè cooperans obligatur ex delicto restituere, nisi sua cooperatio sit deliberata, efficax & injusta, proinde re ipsa damnum proximi sequatur, ita omnes.

Probat, quia si vel unica ex his conditionibus deficit, nulla est radix obligans restituere, si enim deest plena advertentia, damnum non est voluntarium, vel si adest, sed non est efficax (ad

quod requiruntur duo, nempe sequela damni, & hic & nunc ex tali cooperatione) aut etsi efficax sit, non tamen injusta, id est talis, cui rationabiliter resistat damnificatus.

Dico secundo nulla causa positivè cooperans à restitutione excusatur, quod damnum à se nunc illatum certo sciret ab alijs inferendum, etsi ipsi non causaret, Lugo *Disp. 19. à n. 7. & 16.* Molin. Vasq. Less. contra Leyman. & alios a-

U u 3

pud

puđ Lessium fatentem hujus sententię probabiliter. Probatuř: quod te non cooperante, alius æque, ac tu noceret, non impedit, quo minus tu hic, & nunc sis vera] injusta damni causa de- liberata & efficax, ergo non impedit radicem obligationis restituendi: nullius enim operatio justificatur exinde, quod alij id ipsum injuste egissent, aliàs fur non peccaret sciens se furante alios fur- zuros.

Dico tertio ex causis negativè coo- perantibus ea solum obligantur restituere damnum ab alijs illatum, quod ex officio, aut contractu tenebantur impe- dire, secus impedire obligatę ex mera

charitate, Lugo num. 99. cum pleris- que Theologis ex S. Thom. hic q. 62. Art. 7. ad 3. contra Cajetan. & paucos obligantes etiam postremos ad restitutio- nem. Probatuř: quod ubi est obliga- tio impediendi damni ex mera charitate, damnificatus nullum habet jus strictum, ut damnum impediatur obligatus duntaxat impedire ex mera charitate, aliàs jam obligaretur impedire ex Justitia stricta contra suppositum, ergo omittens im- pedire non violat ullum jus strictum, sed solius juris stricti violatio est radix obligationis restituendi, quod accidit duntaxat in obligato ex officio, aut con- tractu.



§. II.

Quę causę ex cooperantibus teneantur totum dam- num, aut solum partem reparare?

330. **C**um obligatio restituendi radi- cetur in influxu injusto causę positivè aut negativè cooperantis, con- sequens est, quod restitutionis damni quantitas sit proportionanda influxui, quem delinquens exercet in damnum, radix siquidem ex delicto adęquata est causalitas damni, ergo quanta est cau- salitas tantum proportionaliter est resti- tuendum, proinde totum, sive in soli- dum quando cooperans suā causalitate totum damnum attingit, etsi causalitas fuerit partialis physice (moraliter enim

tunc æquivaleret totali Lugo num. 84. Par- tem verò, quando causavit partem dun- taxat damni, Molin. Disp. 734. Laym. L. 3. tract. 2. c. 6. num. 1.

Ad presentem questionem triplex est sententia prima obligans in solidum omnes concurrentes in totum dam- num (uti fit quando hoc est individu- um) etsi concurrant partialiter partiali- tate causę, ad partem verò, nempe qui- vis suam ex concurrentibus partialiter partialitate effectus, prout accidit, quando damnum est divisibile, ita com-
muniis